

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

M. Tullii Ciceronis|| Epistolae Familiares.||

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1565

Liber II.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724041](#)

20

CICERONIS EPISTOLARVM

AD CURIONEM, ET ALIOS,

L I B E R I I .

A R G V M E N T V M .

Quattuor partes habet haec ep̄stola, primum, accusatus a Curione quod minus saepe scriberet, excusationem afferre cum officij sui commemoratiōne. deinde, dolorem suum ex illius absentia, & ex eiusdem dignitate laetitiam narrat. tertio loco ad laudem, & virtutem hortatur. postremo, commendat illi suam senectutem. Mittit autem Cicero in Asiam has omnes ep̄stolas ad Curionem quaeitorem, praeter ultimam, quae incipit, Sera gratulatio; quam scripsit in provincia Romanā ad Curionem tribunū pl.

M. Cicero s. d. C. Curioni.

Curio, Scribo-
niorum cogni-
men.

V A M Q V A M me nomine negligē-
tiae suspectum tibi esse doleo: tamen
nō tam mihi molestum fuit, accusari
abste officium meum, quam iucundum, requiri;
praesertim cum, in quo accusabar, culpa uaca-
rem; in quo autem desiderare te significabas meas
litteras, praeterferres perspectum mihi quidem;
sed tamen dulcem, & optatum amorem tuum.
equidem neminem practermisi, quem quidem ad ep. 1. l. 16.
te peruenturum putarem, cui litteras non dede-
rim. etenim quis est tam in scribendo impiger,
quam ego? a te uero bis, ter ue ad summū, & eas
perbreues accepi. quare si iniquus es in nte index;
condemnabo eodē ego te crimine. si in id facere
noles, te mihi aequūm praebere debebis. Sed, ep. 2. l. 5.
de litteris hactenus. non enim uereor, ne non
scribendo te expleam; praesertim si in eo genere
studium meum non aspernabere. Ego, te absuisse secunda pars
D 4 tam ep̄stolae.

excusatio cum
benevolentiae
testimonio.

non dixit dili-
gens, sed impiger;
magis ut
excuset se, quā
ut laudet.



E P I S T . L I B . II .

tam diu a nobis , & doleo , quod carui fructu iu-
cundissimae consuetudinis: & laetor , quod absens
omnia cū maxima dignitate es consecutus , quodq.
in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna re-
spondit . Breue est , quod me tibi præcipere meus in

tertia pars ap. credibilis in te amor cogit . Tānta est exspectatio
stolae .

laudat simul &
hortatur ; quia
cohortatio de-
bet esse cū lau-
de , ep . 12 . l . 15 .
stariq . non dubitem , sic ad nos cōfirmatus reuēta
re , ut , quam exspectationem tui concitasii , hanc su
stinere , ac tueri possis . Et quoniam meam tuorum

erga me meritorum memoriam nulla umquam de
lebit obliuio : te rōgo , ut memineris , quant aecun-
que tibi accessiones fient & fortunae , & dignita-
tis , eas te non potuisse consequi , nisi meis puer
olim fidelissimis , atque amantissimis consiliis pa-
ruisses . quare hoc animo in nos esse debebis , ut
aetas nostra iam ingrāues ens , in amore , atque
in adolescentia conquiescat tua . Vale .

scripsit enim
haec annos na-
tus LIV.

A R G . Consolatur Curionem in obitu patris , seq . illi pa-
rentis futurum loco pollicetur .

Cicero s . d . Curioni .

G R A V I teste priuatus sum amoris summi
ergate mei , patre tuo , clarissimo uiro : qui , cum
suis laudibus , tum uero te filio , superasset omnium
post redditum e fortunam , si ei contigisset , ut te ante uideret , quam
a uita discederet . sed spero nostrā amicitiam non
egere testibus . tibi patrimonium dij fortunent ,
me certe habebis , cui carus aequesis , & periu-
cundus , ac fusti patri . Vale .

A R G .

ARG. Dissuadet a muneribus dandis in funere patris, de
si autem populo solebat gladiatorum munus.

Cicero s. d. Ciceroni. 3

R^V P A E studium non defuit declarandorum
munerum tuo nomine: sed nec mihi placuit, nec
cuiquam tuorum, quidquam, te absente, fieri,
quod tibi, cum uenisses, non esset integrum. me-
am quidem sententiam aut scribam ad te postea
pluribus; aut, ne ad eam meditare, imparatum
te offendam; coramq. contra istam rationem, me-
am dicam: ut aut te in meam sententiam addu-
cam; aut certe testatum apud animum tuum re-
linquam, quid senserim: ut, si quando, quod no-
lit, disperdere tibi tuum consilium cooperit, pos-
sis meum recordari. Breui tamen sic habeto, in
eum statum temporum tuum redditum incidere, ut
ijs bonis, quae tibi natura, studio, fortuna data
sunt, facilius omnia, quae sunt in rep. amplissi-
ma, consequi possis, quam muneribus: quorum
neque facultatem quisquam admiratur; (est enim
copiarum, non uirtutis) neque quisquam est,
quin satietate iam defessus sit. Sed aliter, at-
que ostenderam, facio, qui ingrediar ad expli-
tandam rationem sententiae meae. quare omnem
hanc disputationem in aduentum tuum differo.
Summa scito in exspectatione te esse, eaq. ate ex-
spectari, quae a summa uirtute, summoq. ingenio
exspectanda sunt. ad quae si es, ut debes, paratus;
quod ita esse confido: plurimis, maximisq. mune-
ribus

libertus Curio-
nis Rupa. & est
declarare, pro-
ostendere; quod
ep. 8. l. 9. dixit.

quae te addu-
cit, ut haec mu-
nera danda po-
pulo existimes.

dissuasio a mu-
neribus dādis,

quod est fine
uirtute, admi-
ratione dignus
non est.

tacite mones
gratiora fore,
merita in rep.
quam munera
gladiatoria.



ribus & nos amicos, & ciues tuos uniuersos, &
remp. afficies. illud profecto cognosces, mihi te
neque cariorem, neque iucundiorum esse quem-
quam. Vale.

A R G. Horitur Curionem ad studium summae laudis,
quod, ex oriente i. a. bello ciuili, timet ne se ad improbos ci-
ues deserta rep. conferat quod euenit. grandi enim aere alie-
no a Caesare liberatus, a ienatu ad populum transiit.

Cicero s. d. Curioni.

4

epistolarum
tria genera .

temporibus ad
eiuite bellum
spectantibus.

odiosa enim
scriberem.

epistolam co-
cludam qua sen-
tentia soleo .

E P I S T O L A R V M genera multa esse non
ignoras, sed unum illud certissimum, cuius cauſa
inuenta res ipsa est, ut certiores faceremus abſen-
tes, si quid eſſet, quod eos ſcire, aut noſtra, aut
ipſorū intereſſet. huius generis litteras a me pro-
fecto non expeſtas: tuarum enim rerum domesti-
carum habeas & ſcriptores, & nuncios: in meis
autem rebus nihil eſt ſane noui. Reliqua ſunt epi-
ſtolarum genera duo, quae me magnopere dele-
ctant; unum familiare, & iocofum; alterum fe-
uerum, & graue. utro me minus deceat uti, non
intelligo. Iocer ne tecum per litteras? ciuem me-
hercile non puto eſſe, qui tempōribus his ridere
poſſit. An grauius aliq[ui]d ſcribam? quid eſt, quod
poſſit grauius er a Cicerone ſcribi ad Curionem, niſi
de rep[ublica] atque in hoc genere haec mea cauſa eſt, ut
neque ea, quae nunc ſentio, uelim ſcribere. Quam
obrem, quoniam mihi nullum ſcribendi argumen-
tum relatum eſt, utar ea clauſula, qua ſoleo; teq[ue]
ad ſtudium summae laudis cohortabor. eſt enim
ibi grauis aduersaria conſtituta, & parata, in-

cr

credibilis quaedam exspectatio: quam tu unare facilius uinces, si hoc statueris, quarum laudum gloriā adamaris, quibus artibus eae laudes comparantur, in ijs esse laborandum. In hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse considerem: & hoc, quidquid attigi, non feci inflammandi tui caussa, sed testificandi amoris mei. Vale.

quae sunt? morales uirtutes, iustitia, fortitudo, temperatia: quibus & nobis ipsis, & patriae consulimus.

A R G. Gratulatur Curioni, quod & Romae non sit, ubi multa contra remp. committuntur; & ibi sit, ubi ex rebus factis magnam laudem consequatur. postremo cum ad suscipiendam remp. hortatur.

Cicero s. d. Curioni.

H A E C negotia quo modo se habeant, ne epistola quidem narrare audeo tibi, et si ubicumque es, ut scripsi ad te antea, in eadem es nauis: tamen, quod abes, gratulor; uel quia non uidet ea, quae nos; uel quod excuso, & illustri loco sita sit laus tua, in plurimorum & sociorum, & ciuium conspectu: quae ad nos nec obscuro, nec uario sermone, sed & clarissima, & una omnium uoce perfertur. Num illud nescio, gratus net tibi, ante mea, quod mirabilis est exspectatio redditus tui: non quo uierear, ne tua uirtus opinioni omnium non respondeat; sed mehercule, ne, cum ueneris, non habeas iam, quod cures: ita sunt omnia debilitata, iam prope & extincta. Sed haec ipsa, nescio, recte ne sint litteris commissa. quare cetera cognosces ex alijs. Tamen, siue habes aliquam spem de rep. sine desperas; ea parā, mediatare

pro periculo,
μεταφορικῶς
Liu.l.44.

antitheta quae
tuor: obscuro,
clarissima: ua-
rio, una..

ultrata Cicero
nis clausula ad
Curionem. cu-
ius enim noue-



rat ingenium, tare, cogita, quae esse in eo ciue, ac uiro debent,
ab eo iure me-
suebat.
qui sit remp. afflictam, & oppressam miseris tem-
poribus, ac perditis moribus in ueterem liberta-
tem ac dignitatem uidicaturus. Vale.

A R G. Commendat summo studio T. Annium Milonem
ad petitionem consulatus: &, ut impetreret quod uult, nihil
omittit, quod in genere commendacio requiri possit.

Cicero s. D. Curioni.

6

p:ima uerba
studium peten-
tis declarant.
ep. 7. lib. 8.

in qua Curio
quaestor fuerat

insinuatio ad
petitionem.

a modestia.

a meritis suis
dissimulante.

a tempore exi-
lij sui.

a confactudi-
ne bonorum.

N O N D V M erat auditum, te ad Italiam ad-
uentare, cum Sex. Villium, Milonis mei fami-
liarem, cum his ad te litteris misi: sed tamen,
cum appropinquare tuus aduentus putaretur, et
te iam ex Asia Romam uersus profectum esse co-
staret; magnitudo rei fecit, ut non uereremur,
ne nimis cito mitteremus, cum has ad te quam-
primum perferri litteras magnopere uellemus.
Ego si mea in te essent officia solum, Curio, tan-
ta, quanta magis a te ipso praedicari, quam a me
ponderari solent; uerecundius a te, si qua magna
res mihi petenda esset, contendere. G R A V E est
enim homini prudenti, petere aliquid magnum ab
eo, de quo se bene meritum putet; ne id, quod pe-
tat, exigere magis, quam rogare, et in mercedis
potius, quam beneficij loco numerare uideatur.
sed quia tua in me uel nota omnibus, uel ipsa noui-
tate meorum temporum clarissima, & maxima
exstiterunt; E S T Q U E animi ingenui, cui multum
debeas, eidem plurimum uelle debere: non dubi-
taui id a te per litteras petere, quod mihi omnium
esset maximum, maximeq. necessarium. neque
enim

enim sum ueritus, ne sustinere tua in me uel innu-
 merabilia beneficia non possem; cum praesertim
 considerem, nullam esse gratiam tantam, quam a spe remune-
 randi.
 non uel capere animus meus in accipiendo, uel in
 remunerando, cumulandoq. illustrare possit. Ego
 omnia mea studia, omnem operam, curam, in-
 dustriam, cogitationem, mentem denique omnem
 in Milonis consulatu fixi, & locauis: statuque, ab honesto.
 in eo me non officij solum fructum, sed etiam pietatis
 laudem debere quaerere. Neque uero cui-
 quam salutem, ac fortunas suas tantae curae suis a studio suo.
 se umquam puto, quantae mihi sit honor eius: in
 quo omnia mea posita esse decreui. Huic te unum
 tanto adiumento esse, si uolueris, posse intelligo,
 ut nihil sit praeterea nobis requirendum. habe-
 mus haec omnia; bonorum studium, conciliatum
 ex tribunatu, propter nostram, ut spero te intelli-
 gere, caussam; uulgi, ac multitudinis, propter
 magnificentiam munerum, liberalitatemq. natu-
 rae; iuuentutis, & gratioforum in suffragijs, pro-
 pter ipsius excellentem in eo genere uel gratiam,
 uel diligentiam; nostram suffragationem si minus
 potentem, at probatam tamen, & iustam, & de-
 bitum, & propterea fortasse etiam gratijsam. ipsius in me
 dux nobis, & auctor opus est, & eorum uen- meritis.
 torum, quos proposui, moderator quidam, et qua-
 si gubernator. qui si ex omnibus unus optandus es a laude Curie.
 set; quem tecum conferre possemus, no haberemus. nis.
 Quamobrem, si memorem, si gratum, si bo- a persona sua.
 num

in quaе Milo
 tria patrimo-
 nia effuderat.
 oratio pro Mi-
 lone, & Ascon.



E P I S T . L I B . II .

a persona Mi-
tius.

a re sua.

cum in me pa-
triae restituen-
do uehemeter
contendisti.

caussam, & re
coniungit etiā
ep. 7. l. i.

ep. 1. & 9. lib. 1.

tria seruat in
officio gratu-
latiouis. pri-
num gratula-
tur patrem si-

num uirum uel ex hoc ipso, quod tam uehementer de Milone laborem, existimare potes; si dignū denique tuis beneficijs iudicas: hoc a te peto, ut subuenias. huic meae sollicitudini, ut huic meae laudi, uel, ut uerius dicam, prope saluti tuum studium dices. De ipso T. Anno tantum tibi pollicor, te maioris animi, grauitatis, constantiae, beneuolētiae ergate, si complecti hominem uoleris, habiturum esse neminem. mihi uero tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris, ut eundē te facile agnoscam fuisse in laude mea, qui fueris in salute. Ego, ni te uidere scirem, cum haec ad te scriberem, quantum officij sustinerem, quanto- pere mihi esset in hac petitione Milonis omni modo contentione, sed etiā dimicatione elaborandum; plura scriberem. nunc tibi omnem rem, at que cāussam, meq. totum commendo, atque tra do. unum hoc sic habeto; si a te hanc rem impetra ro, me paene plus tibi, quam ipsi Miloni, debiturum. non enim mihi tam mea salus cara fuit, in qua praecepue sum ab illo adiutus; quam pietas erit in referenda gratia iucunda. eam autem u nius tui studio me assequi posse confido. Vale.

A R G Hanc epistolam scripsit in Cilicia proconsul gratulatur Curioni de tribunatu pl. hortatur ad boni ciuis officium. de sacerdotio Curionis quiddam interserit. postremo rogat, ne quid sibi temporis prorogari ad prouinciae administrationem patiatur.

Cicero procos s. d. Curioni trib. pl. 7
SER A grātulatio reprehendi non solet, prae-
sertim

sertim si nulla negligentia praetermissa est. longe agnitatorem: de-
 enim absum: audio sero. sed & tibi gratulor: &, inde bene pre-
 ut sempiternae laudi tibi sit iste tribunatus, ex- catur: tum hor
 opto: teq. hortor, ut omnia gubernes, & moderare tatur ad magi-
 re prudentia tua: ne te auferant aliorum consilia stratum cū lau-
 nemo est, qui sapientius tibi suadere possit te ip- de gerendum.
 so. numquid labere, sive audies. non scribo hoc ep. 13. lib. 4.
 temere. cui scribam, video. noui animum, no- fortitudo, &
 ui consilium tuum: non uereor, ne quid timidē, prudētia in ad-
 ne quid stulte, facias, si ea defendes, quae ipse re- ministrantibus
 etā esse senties. Quod in id reip. tempus non inci remp. requi-
 deris, sed ueneris; (iudico enim tuo, non casu, runtur.
 in ipsum discriben rerum contulisti tribunatum
 tuum) profecto uides, quanta uis in rep. tempo-
 rum sit, quanta uarietas rerum, quam incerti e-
 xitus, quam flexibiles hominum voluntates: quid
 insidiarum, quid uanitatis in uita, non dubito,
 quin cogites. sed amabo te cura, & cogita, nihil
 noui, sed illud idem, quod initio scripsi. tecum lo-
 quere; tē adhibe in consilium; te audi; tibi obtem timebat, quod
 pera. alteri qui melius dare consilium possit, euénit, ne desci
 quam tu, non facile inueniri potest: tibi uero ip- sceret a recip.
 si certe nemo melius dabit. Dij immortales, cur
 ego non adsum uel spectator laudum tuarum, uel si affuisset, for
 particeps, uel socius, uel minister consiliorum? te Curio nō se
 tametsi hoc ninime tibi deest: sed tamen efficeret ad Caesaris par
 magnitudo, & uis amoris mei, consilio te ut
 possem iuuare. Scribā ad te plura alias. paucis e- res trāstulisset.
 nim diebus erā missurus domesticos tabellarios:
 ut,



EPIST. LIB. II.

de quo vide
ep. 4. lib. 15.

pontificatum,
opinor, intelli-
gi. Dio lib. 40.
suspectus autē
est in patris lo-
cū. de harusp.
responsis.

poterat enim
ut tribunus pl.
intercedere.

legibus annua-
erat prouincia-
rū administra-
tio.

profectus erat
cum anno im-
perio.

vide ep. 1.1.8.
cui Cicero re-
spondet.

qui putem te
futura prospic-
cere.

ut, quoniam sane felicitēr, & ex mea sententia
remp. gessimus, unis litteris totius aestatis res-
gestas ad senatum perscriberem. De sacēdotio
tuo quam curam adhibuerim, quamq. diffici-
li in rē, atque caussa, cognosces ex ijs litteris, quas
Thrasoni, liberto tuo, dedi. Te, mi Curio, pro-
tua incredibili in me benevolentia, meaq. item
in te singulari, rogo, atque oro, ne pātiare mihi
quidquam ad hanc prouinciale molestiam tépo-
ris prorogari. praeſens tecum egi, cum te tribunū
pl. isto anno fore non putarem: itemq. petui sae-
pius per litteras, sed tum quasi a senatore nobilissi-
mo, & adolescentे gratiosissimo, nunc a tribuno
pl. et a Curione tribuno; nō ut decernatur aliquid
noui, quod solet esse difficilius; sed ut ne quid noui
decernatur; & ut S. C. & lēges defendas; eaq.
mihi condicio maneat, qua profectus sum. hoc te
uehementer etiam atque rogo. Vale.

A R G. Leuiter Coelium obiurgat, qui commentarium
misisset refertum leuissimis rebus, cum hortatur ad amici-
tiam Pompeii emergente iam belli ciuilis nitio. addit de suo
in prouinciam itinere. in extremo, ne sibi prouinciae tem-
pus prorogetur.

Cicero procos s. d. M. Coelio Rufo. ♀

Q V I D? tu mē hoc tibi mandasse existimas,
ut mihi gladiatorum compositiones, ut uadimo-
nia dilata, & Chresti compilationem mitteres,
& ea, quae nobis, cum Romae sumus, narrare
nemo audeat? uide, quantum tibi meo iudicio
tribuām: (nec mehercule iniuria: molitina repor-
enim



enim te adhuc neminem cognoui) ne illa quidem
curo mihi scribas, quae maximis in rebus reip.
geruntur quotidie; nisi quid ad me ipsum perti-
nebit. scribent alij: multi nunciabunt: perferet
multa etiam ipse rumor. quare ego nec praeteri-
ta, nec praesentia abs te, sed, ut ab homine lon-
ge in posterum prospiciente, futura exspecto: ut
ex tuis litteris cum formam reip. uiderim, quale
aedificium futurum sit, scire possim. neque tamen
adhuc habeo, quod te accusem. neque enim fuit,
quod tu plus prouidere posses, quam quiuis no-
strum, in primisq. ego; qui cūm Pompeio complu-
res dies nullis in alijs nisi de rep. sermonibus uer-
satus sum; quae nec possunt scribi, nec sunt scri-
benda. tantum habeto, ciuem egregium esse Pom-
peium, & ad omnia, quae prouidenda sunt in
rep. & animo, & consilio paratum. quare date
homini: complectetur, mihi crede. iam ijdem il-
li & boni, & mali ciues uidentur, qui nobis ui-
deri solent. Ego, cum Athenis decem ipsos dies
fuisse, multumq. tecum Gallus noster Cani-
nius, proficisciabar inde pridie nonas Quint. cum
hoc ad te litterarum dedi. Tibi cum omnia
mea commendatissima esse cupio, tum nihil ma-
gis, quam ne tempus nobis prouinciae prōroge-
tur. in eo mihi sunt omnia. quid, quando, & quo
modo, & per quos agendum sit, tu optime! con-
stitues. Vale.

A R G. Gratulatur Coelio, quod, superatis competitori-
bus, aedilis curulis designatus sit.

quod nōr nisi
diuturno rerū
usu, ingenijq.
praestantia con-
sequimur.

Tarēti locutus
erat cum Pom-
peio, ut est ep.
6. & 7. lib. 5. ad
Att.

quia non idem
antea senserat.

i. decem integrōs dies. sic lo-
cutus ep. 21. l.
3. ad Att. & in
Bruto.

quod metue-
bat, emergēte
iam inter Cae-
sarem & Pōpe-
ium discordia.
uide ep. 5. lib. 8

E Cicero



Cicero procos . s. d. M. Coelio
Rufo, aedili cur . des .

9

uide ep. 22. l. 7. *P R I M V M* tibi, ut debo, gratulor, laetorq.
aeditatē enim tūm praeſenti, tūm etiam ſpērata tua dignitate,
praetura, p̄aeturam conſula- ſerius, non negligentia mea, ſed ignorantia re-
tus ſequebatur. *RUM OMNIUM.* in hiſ enim ſum locis, quo & pro-
pter longinquitatem, & propter latrocinia tar-
dissime omnia perferuntur. & cum gratulor:
tūm uero, quibus uerbis tibi gratias agam, non
reperio, quōd ita factus ſis, ut dederis nobis,
quemadmodum ſcripſeras ad me, quem ſemper
ridere poſſemus. itaque cum prium audiui,
ego illē ipſe factus ſum, (ſcis quem dicam)
ēgiq. omnes illos adolescentes, quos ille iactitat.
difficile eſt loqui. Te autem contemplans abſen-
tem, & quaſi tecum coram loquerer, Non aede-
pol quantam egeris rem, neque quantum facinus
feceris: quod quia praeter opinionem mihi acci-
derat, referebā me ad illud: Incredibile hoc factu
obiicitur. repente uero incessi omnibus laetitijs. in
quo cum obiurgarer, quod nimio gaudio paene de-
ſiperem; ita me defendebam: Ego uōluptatem ani-
mi nimiam. quid quaeris? dum illum rideo, paene
sum factus ille. Sed haec pluribus, multaq. alia &
lib. 2. de fin. & de te, et ad te, cū prium ero aliquid naeſtus otiij.
Tusc. iv. adi-
mit enim uolu-
ptas inenīe nō
namus quā mo-
etia. Te uero, mi Rufe, diligo, quem mihi fortuna dedit
amplificatorem dignitatis meae, ultorem non mo-
do inimicorum, ſed etiam inuidorum meorum;

*uerba Caecili
poetae, vide
lib. 2. de fin.*

subaudi, erro-
rem esse puto.
sumptum a Tra-
bea comicō
poeta, ut est
lib. 2. de fin. &
Tusc. iv. adi-
mit enim uolu-
ptas mentē nō
imimus quā mo-
cta.

ut eos partim scelerum suorum, partim etiam
inéptiarum paeniteret. Vale.

A R G. Queri uidetur de tabellariis epistolas non reddere
tribus; re uera Coelium negligentiae accusat. tum sua gesta
magnifice narrat.

ob Hirrum Ci-
ceronis in au-

guratu cōpete-

torē, ep. 3.1.8.

Cicero imp. s. d. Coelio Rufo,

aedili cur. des.

10

T u uide quād ad me litterae non perferan-
tur. non enim adduci possum, ut abste, postea
quam aedilis factus es, nullas putem datas; prae-
sertim cum esset tanta res, tantae gratulationis:
dē te, quia, quod sperabam; de Hillo, (balbus enim
sum) quod non putaram. at qui sic habeto, nullam
me epistolam accepisse tua post comitia ista pree-
clara, quae me laetitia extulerunt. ex quo uere or-
ne idem eueniat in meas litteras. equidem num-
quam domum misi unam epistolam, quin esset ad
te altera: nec mihi est te iucundius quidquam, nec
carius. Sed balbi non sumus: ad rem redeamus.
Ut optasti, ita est. uelles enim, aīs, tantum modo
ut haberem negotiū, quod esset ad laureolām sa-
tis. Parthostimes, quia diffidis copijs nostris. ergo
ita accidit. nā, Parthico bello nunciato, locorum
quibusdam angustijs et natura montium fretus ad
Amanum exercitum adduxi, satis probe ornatū
auxilijs, & quadam auctoritate apud eos, qui me
non norant, nominis nostri. multum est enim in
bis locis; Hiccine est ille, qui urbem? quem sena-
tus? nosti cetera. Cum uenisset ad Amanum;

antiquus liber,
quamobrem.
mallem, quare.

respōdet ad lo-
cum epistolae
Coelii, que est
4.lib.8.

cum ea mihi a-
liorum litteris
cognita essent.

de exitu belli
Parthici. ep. 5.
lib. 8.
respondeat ad
locū epistolae
Coelij. uide ep.
5.1.8.

E 2 qu

qui mons mihi cum Bibulo communis est, diuisus

C. Cassius, qui
mox Caesa-
rem occidit.
Syriam prouin-
ciam suam.

ep. 9. lib. 1.

historicus, Ale-
xandri comes
in expeditioni-
bus. Pl. l. 6. c.
31. Cic. l. 1. de
leg. Q. Cur. l.
ix. Quint. l.
10. c. 1.

ad Att. ep. 10.
lib. 5.

i. difficilius, ut
in epistola ad
fratrem, spissum
opus.

aquarum diuortijs; Cässius noster quod mibi ma-
gnae uoluptati fuit, feliciter ab Antiochia ho-
mem reiecerat. Bibulus prouinciā acceperat. in
terea cum meis copijs omnibus uexauit Amanien-
ses, hostes sempiternos, multi occisi, capti: reli-
qui dissipati. castella munita, improviso aduentu
capta, & incensa. ita uictoria iusta impérator
appellatus apud Issum; quo in loco saepe, ut ex
te audiui, Clitarchus tibi narravit, Darium ab
Alexandro esse superatum; abduxerat exercitum
ad infestissimam Ciciliae partem. ibi quinctum
& uigesimum iam diem aggeribus, uincis, tur-
ribus oppugnabam opidum munitissimum Pin-
denissimum, tantis opibus, tantoq. negotio, ut mihi
ad summam gloriam nihil desit, nisi nōmen opi-
di: quod si, ut spero, cepero; tum uero litteras
publice mittam. Haec ad te in praesenti scripsi, ut
speres te assequi id, quod optasti. Sed, ut redeam
ad Parthos; haec aestas habuit hunc exitum sa-
tis felicem: ea, quae sequitur, magno est in timo-
re. quare, mi Rufe, uigila, primum ut mihi suc-
cedatur; sin id erit, ut scribis, &, ut ego arbi-
tror, spissius; illud, quod facile est, ne quid mihi
temporis prorogetur. De rep. ex tuis litteris, ut
antea tibi scripsi, cum praesentia, tum etiam futu-
ra magis exspecto. quare, ut ad me omnia quādi-
ligentissime perscribas, te uehemēter rogo. Vale.

A R G.

ARG. Suum declarat urbis desiderium: & pantheras ait non posse capi, quas Coelius aedili petierat, ut in suis iudicis populo ostenderet.

Cicero imp. s. d. Coelio aedili cur.

PUTARES ne umquam accidere posse, ut mihi uerba deessent, neque solum ista uestra oratoria, sed haec etiam leuia nostratia? desunt autem propter hanc caussam, quod mirifice sum sollicitus, quidnam de prouincijs decernatur. Mirum me desiderium tenet urbis, incredibile meorum, atque in primis tui, satietas autem prouinciae, uel quia uidemur eam famam consecuti, ut non tam accessio quae renda, quam fortuna metuenda sit; uel quia totum negotium non est dignum viribus nostris, qui maiora in reponera sustinere et possimus, & soleamus: uel quia belli magni timor impendet: quod si uidemur effugere, si ad constitutam diem decedemus. De pantheris per eos, qui uenari solent, agitur maximo diligenter: sed mira paucitas est. & eas, quae sunt, ualde animi queri, quod nihil cuiquam insidiarum in mea prouincia, nisi sibi, fiat. itaque constituisse dicuntur in Cariam ex nostra prouincia decedere. sed tam sedulo fit, et in primis a Patisco. quidquid erit, tibi erit: sed, quid plane esset, nesciebamus. mihi mehercule magnae curae est aedilitas tua ipsa die me admonebat: scripsi enim haec ipsis Megalensibus. Tu uelim ad me de omni reip. statu quamdiligentissime perscribas: ea enim certissima putabo, quae ex te cognouero. Vale.

E 3 ARG.

nimia sollicitudine, nimio etiam gaudio ita perturbatur animus, ut uerba non suppetant. cupiebat sibi successorem mitti.

ob exspectationem bellum Parthici.

a Parthis aestate proxima, ut est in epistola antecedenti.

sublata a se latrocinia festue significat. ep. 6. lib. 8. & ep. 13. & 15. l. 12. & Hirrius de bello Alex.

quo die ludos Megalenses, & Romanos dabant aediles ante templum Mar-



gnae matris A.R.G. Litteras a Coelio requirit de rebus urbanis; & hordeum. eo igitur eum, ut urbanos potius magistratus sequatur, quam tur die Cicero prouinciales.

admonebatur
ludorū Romā-
norū, quibus
pātheras Grae-
cas dare Coe-
lius cūpīebat.
ep. 9. lib. 8.
quīne dies
fetti, Mineruac-
dici. Varro.

quo neminem
πολιτικάτε-
por cognoui.
ep. 8.
vide scholium.

laudat manū-
nē urbanam ab
utili, & suavi-
tate.
pro abstinentia
posuit.
non enim triū-
rhari potest, ut
si eatur in pro-
vinciam.

Cicero imp. s. d. Coelio aedili cur. 12
SOLLICITVS equidem eram de rebus ur-
banis: ita tumultuosae conciones, ita molestiae
qūinquatus afferebantur: nam citeriora non-
dum audiebamus. sed tamen nihil me magis solli-
citabat, quam in his molestijs non me, si qua ri-
denda essent, ridere tecum. sunt enim multa: sed
ea non audeo scribere. illud moleste fero, nihil me
adhuc his de rebus habere tuarum litterarum,
quare, et si, cum tu haec leges, ego iam annū mu-
nus confecero: tamen obviae mihi uelim sint litte-
rae tuae, quae me erudiant de omni rep. ne hospes
plane ueniā. hoc melius quām tu, facere nemo po-
test. Diogenes tuus, homo modestus, a me cum Phi-
pone Pessinūte discessit. iter habebant ad * Iatore
gem: quamquā omnia nec benigna, nec copiosa co-
gnorant. Vrbē, mi Rufe, cole, et in ista lute uiue. o-
mnis enim peregrinatio, quod ego ab adolescentia
indicaui, obscura, et sordida est ijs, quorū industria
Romae potest illustris esse. quod cum probe scirem,
utinā in sentētia permansisse. cūm una mehercu-
le ambulatiūcula, atque uno sermone nostro omnes
fructus prouinciae non conseruo. spero me intēgrita-
tis laudem consecutū. non erat minor ex contēnen-
da, quam ex conseruata prouincia. spes triūmphī,
inquis? satis gloriose triumpharem, si non essem
tam

tam diu quidem in desiderio rerum mihi carissima
rum. sed, ut spero, propediem te uidebo. tu mihi
obuiam mitte epistolas te dignas. Vale.

ARG. Responder epistolae Coelii, quae nona est l. v. 11.
eam lege, si huius argumentum, atque etiam interpretationem
quaeris.

Cicero imp. s. d. Coelio aedili cur. 13

R A R A S tuas quidem, (fortasse enim no per
feruntur) sed suaves accipio litteras. uel quas pro
xime acceperam, quam prudentes, quam multi et
officij, & consilij. et si omnia sic constitueram mihi
agenda, ut tu admouebas: tamen confirmantur no
stra consilia, cum sentimus prudetibus, fideliterq. ep. x. lib. 6.
suadetibus idem uideri. Ego Appium, ut saepe te
cum locutus sum, ualde diligo; meq. ab eo diligista
tim coepit esse, ut similitatem depositum, sensi.
na et honorificus in me consul fuit, et suavis ami
cus, et studiosus studiorum etiam meorum. Me auero
officia ei no defuisse, tute testis: quoniam ex quo
nuptus, ut opinor, accidit Phania. & mehercule Appii libertus
etiam pluris eum feci, quod te amari ab eo sensi. ep. i. lib. 3.
iam me Pompeij totu esse scis: Brustum a me ama
ri intelligis. quid est caussae, cur mibi non sit in o
ptatis, complecti hominem florentem aetate, opi
bus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affini
bus, amicis? collegam meum praesertim, et in ipsa
collegij laude, & scientia studiosum mei? Haec eo
pluribus scripsi; quod mihi significabant tuae litte
rae subdubitare, qua essem erga illum uolunta

uide artificiu
cum paucis uer
bis accuset, ex
cuset, laudet.

fratrem P. Cle
dii, a Milone se
cisi.

ex duabus Ap
pii filiis alte
ra Pompeii filio
nupserat, alte
ra Bruto, ep. 4.
lib. 3.

in auguratu
ep. 4. lib. 3.

E 4 te,

uide ep. 8.1.3.

te, credo te audisse aliquid. falsum est, mihi crede, si quid audisti. genus institutorum, & rationum mearum dissimilitudinem non nullam habet cum illius administratione proniciae. ex eo quidam suspicati fortasse sunt, animorum contentione, non opinionum dissensione, me ab eo discrepare. nihil autem feci unquam, neque dixi, quod contra illius existimationem esse uellem. post hoc negotium autem, & temeritatem nostri Dolabellae deprecatorē me pro illius periculo praebeo. Erat in eadem epistola ueterū ciuitatis. gaudebam sane, et cogelasse nostrū amicum laetabar otio. Extrema pagella pupugit me tuo chirographo. quid aīs? Caesarem nunc defendit Curio? quis hoc putaret praeter me? nam, ita uiuam, pūtaui. dij immortales, quam ego risum nostrum desidero. Mibi erat in animo, quoniam iurisdictionem conferam; ciuitates locupletaram; publicanis etiam superioris lustri reliqua sine sociorū ulla querella conseruaram; priuatis, summis, insimis fueram iucundus; profici in Ciliciā nonis Maij, & cum primum aestiuā attigissem, militaremq. rem collocassem, decēdere ex s. c. Cupio te aedilem uiderē: miroq. desiderio me urbs afficit, & omnes mei, tuq. in primis. Vale.

ad Att. ep. 2.
l. 6.erat igitur in
Asia.senatus enim
decreuerat, ut,
anno confecto,
decederet.coniūgit boni-
tate, & doctrinā.
nam. nam nec
imperita boni-
tas, nec impro-
ba doctrina lau-
datur.

A R G. Commendat Fabium a quinque rebus, bonitate, doctrina, ingenio, modestia, amicitia sua.

Cicero imp. s. D. Coelio aedili cur. 14

M A R C O Fabio, uiro optimo, & homine
do-Dolabella Ap-
pium accusau-
rat ep. 9.
lib. 8
Curionem fi-
gnificat. uide
ep. 9. l. 8.ob Curionis &
leuitatem, &
aes alienum:

doctissimo, familiarissime utor: mirificeq. eum diligo, cum propter summum eius ingenium, sum-
mamq. doctrinam, tum propter singularem mode-
stiam. eius negotium sic uelim suscipias, ut si cœf-
res mea. noui ego uos magnos patronos. hominē
occidat, oportet, qui uestra opera uti uelit. sed in iocus cum Iau-
de Coetii,
hoc homine nullam accipio excusationem. omnia
relinques, si me amabis, cum tua opera Fabius
uti uolet. Ego res Rōmanas uehementer exspecto,
& desidero: in primisque, quid agas, scire cu-
pio: nam iamdiu propter hiemis magnitudinem
nihil noui ad nos afferebatur. Vale.

in hoc nomine
uidetur esse
εμφατις.

A R G. Scribit de supplicationibus suis, de nuptijs filiae,
& P. Cornelij Dolabellae, de ciuilibus discordijs, de ratio-
nibus, quibus adductus C. Coelium, quaestorem suum, pro-
uinciae praeposuerit. respondet Coelij tribus epistolis. pri-
mum quae est xi. deinde 12. postremo, 7.1.8.

Cicero imp. s. d. Coelio aedili cur. 15

N O N potuit accuratius agi, neque pruden-
tius, quam actum est a te cum Curione de supplicā vide ep. xi. 1.8.
tione. & mehercule confecta res est ex mea sen-
tentia, cum celeritate, tum quod is^z, qui erat ira Hirrum intelli-
tus, competitor tuus, & idem meus, assensus est git, suum com-
ei, qui ornauit res nostras diuinis laudibus. qua- petitorē in au-
rescito me sperare ea, quae sequuntur: ad quae tu guratu.
te para. Dolabellam a te gaudeo primum laudari, i. triumphum,
deinde etiam amari. nam ea, quae speras Tulliae qui fere post
meae prudentia tempérari posse, scio cui epistolae supplicationes
tuæ respondeant. quid, si meam legas, quam ego dabatur.
tum ex tuis litteris misi ad Appium? sed quid
agas?



agas? uiuitur. quod actum est, dij approbent.
spero fore iucundum generum nobis. multum in eo
tua nos humāitas adiuabit. Resp. me ualde sol-
licitat. faueo Curioni: Caesarem honestum esse cu-
piō: pro Pompeio emori possum. sed tamen ipsa
rep. nihil mihi est carius. in qua tu non ualde te
iactas: districtus enim mihi uideris esse, quod &
bonus ciuis, et bonus amicus es. Ego, de prouin-
cia decedens, quaestorem Coelium praeposui pro
uinciae. puerum, inquies? at quaestorem, at no-
bilem adolescentem, at omnium fere exemplo. ne-
que erat supériore honore usus, quē praeficerem.

ep. 18.
Pontinium, &
fratrem nomi-
nat, quia pre-
torius uterque.

op. 7.1.8. & ad
Att. ep. 6. lib. 6.

ad Att. ep. 6.1.6
Popeii, & Cae-
sar. ad Att. ep.
6.lib.

vide ep. 18.1.8.
Occulas autem
nocatos ab ocu-
lorum p̄truita-
re, Plin. ait lib.
11. c. 27.

Pontinius multo antea discesserat. a Q. fratre im-
petrari non poterat: quem tamen si: eliquissem;
dicerent inqui, non me plane post annum, ut
senatus uoluisset, ex prouincia decessisse quoniam
alterum me reliquissem. fortasse & illud adder-
rent, senatum eos uoluisse prouincijs praeesse, qui
antea nōn praefuissent: fratrem meum triennium
Asiae praefuisse. denique nunc sollicitus non sum:
si fratrem reliquissem, omnia timērem. postremo,
non tam mea sponte, quam potentissimorum duō-
rum exemplo; qui omnes Cassios, Antoniosq.
complexi sunt. hominem adolescentem non tam
alicere uolui, quam alienare nolui. hoc tu meum
consilium laudes necesse est: mutari enim non po-
test. De Ocella parum plane ad me scripseras; &
in actis non erat. Tuae res gestae ita notae sunt,
ut trans montem Taurum etiam de Matrinio sit
auditum.

*auditum. Ego, nisi quid me Etesiae morabuntur,
celeriter, ut spero, uos uidebo. Vale.*

ARG. Huius epistolae apertum erit argumentum, si legas epistolam Coelij, quae ante ultimam est lib. viii. cui haec respondet.

iā enim de pro-
uincia decesse
rat.

Cicero imp. s. d. Coelio aedili cur. 16

M A G N O dolore me affecissent tuae litterae,
nisi iā, & rātio ipsa depulisset omnes molestias, &
& diūturna desperatione rerum obduruisset ani-
mus ad dolorem nouum. sed tamen, quare accide-
rit, ut ex meis supērioribus litteris id suspicare-
re, quod scribis, nescio. quid enim fuit in illis,
praeter querellam temporum, quae non animum
meum magis sollicitūm haberent, quam tuum?
nam non eam cognoui aciem ingenij tui; quid ip-
se uideā, te id ut non putem uidere. Illud miror,
adduci potuisse te, qui me penitus nosse deberes,
ut me existimares aut tā imprudum, qui ab ex-
citata fortuna ad inclinatam, & prope iacentem
desciscerem; aut tam inconstanter, ut collectam
gratiā florentissimi hominis effunderem, a meq.
ipse deficerem, & quod initio, semperq. fugi, ci-
uili bello interessem. Quod est igitur meum tristē
consilium? ut discederem fortasse in aliquas soli-
tudines nosti enim non modo stomachi mei, cuius
tu similem quondam habebas, sed etiam oculo-
rum in hominum insolentium indignitate fasti-
dium. Accedit etiam molesta haec pompa li-
torum meorum, nomenq. imperij, quo appell-
lor. eo si onere carerem, quamvis parvis Ita-

ratio multum
potest ipsa per
se, plus eriam
cum consuetu-
dine.
quae nō exstāt.

metu belli ciui
lis au. dictū. est
htē sollicitum
haberent, pro
sollicitarēt; ue
ep. 1.1.16.ad
Art. & l.3. de
rep.
id est, a Caesare
ad Pompeium.

ep. 16.lib.8.

ep. 16.lib.8.

ep. 16.lib.8. &
a.lib.9.

erat enim pro-
consul.
honore, duo se-
tice libri.



E P I S T . L I B . II .

quam lictores
post uictoriam
praeferabant ,
fascibus iserta .

liae latebris contentus essem . sed incurrit haec no
stra laurus non solum in oculos , sed iam etiam in
uoculas maleuolorum . quod cum ita esset ; nihil ta
men unquam de profectione , nisi nobis approban
tibus , cogitaui . sed mea praediola tibi nota sunt :
in his mihi necesse est esse , ne amicis molestus sim .

in Græciam ad
Pompeium .

nauigauit tamē
paullo post .

cum ex prouin
cia redirem .

rea Pompeio ,
& Pompeianis
in Italia male
getta .

Syrianis tempo
ribus . ideo fe
licitas appellat
ur Bruto .

Quod autem in maritimis facillimē sum , moueo
non nullis suspicionem , uelle me nauigare . quod
tamen fortasse non nolle , si possem ad otium .
nam ad bellum quidem , qui cōuenit ? praeferim
contra eum , cui spero me satisfecisse ; ab eo , cui ta
men satisfieri nullo modo potest . Deinde senten
tiam meam tu facillime perspicere potuisti iam ab
illo tempore , cum in Cumanum mihi obuiām ue
nisti : non enim te celaui . sed non ne tum prouidi
sti , quam abhorrerem ab urbe relinquenda ? quod
cum audissem ; non ne tibi affirmaui , quiduis me
potius perpessurum , quam ex Italia ad bellum ci
uile exiturum ? quid ergo accidit , cur consilium
mutarem ? non ne ōmnia potius , ut in sententia
permanerem ? credas hoc mihi uelim , quod puto
te existimare , ex his miserijs nihil aliud me quae
rere , nisi ut homines aliquando intelligant , me
nihil maluisse , quam pacem ; ea desperata , nihil
tam fugisse , quam arma ciuilia . huius me constan
tiae puto fore ut numquā paeniteat . etenim memi
ni in hoc genere gloriari solitum esse familiarem
nostrum Q. Hortēsum , quod numquam bello ciui
li interfuisset . hoc nostra laus erit illustrior , quod
illi



illi tribuebatur ignaviae : de nobis id existimari posse non arbitror. Nec me ista terrent, quae mihi a te ad timore fidissime, atque amantissime proponuntur. nulla est enim acerbitas, quae non omnibus, hac orbis terrarum perturbatione; impendere uideatur : quam quidem ego a rep. meis priuatis, & domesticis incommodis libentissime uel istis ipsis, quae tu me mones ut caueam, redemissim. Filio meo, quem tibi carum esse gaudeo, si erit ulla resp. satis amplum patrimonium relinquam, memoriam nominis mei; sin autem nulla erit, nihil accidet ei separatim a reliquis ciuibus. Nam, quod rogas, ut respiciam generum meum, adolescentem optimum, mihiq. carissimum: an dubitas, cum scias quanti cum illum, tum uero Tulliam meam faciam, quin ea me cura uehementissime sollicitet? & eo magis, quod in communibus miserijs hactantum oblectabar specula, Dolabellam meum, uel potius nostrum, fore ab ijs molestijs, quas liberalitate sua contraxerat, liberum. uelim quaeras, quos ille dies sustinuerit, in urbe dum fuit, quam acerbos sibi, quam mihi ipsi socero non honestos. Itaque neque ego hunc Hispanensem casum exspecto; de quo mihi exploratum est, ita esse, ut tu scribis: nec quidquam astute cogito. si quando erit ciuitas; erit profecto nobis locus: sin autem non erit; in easdem solitudines tu ipse, ut arbitror, uenies, in quibus nos consedisse audies. Sed ego fortasse uaticinor; & haec

scripscrat Coelius de Caesare; Nihil, nisi atrox, & sacrum cogitat.
ep. 16, lib. 8.

P. Cornelius
Dolabellam

i. ab aere alieno.

nuncius exspectabatur de bello Hispanienti, quod a Cæsare contra Pompeij legatos gerebatur.

alucinor, insano, ut in oratione pro Sextio.



magistratum
parari.

ridere cum ira-
cundia.

discessum ex
Italia signifi-
cat.

mēdōsum. nā,
Caninius, & Sal-
lustius, duae fa-
miliae, simul es-
se non possunt.
forte, C. Sallu-
stio, uel Cani-
nio Sallustia-
no, quo modo
locutus in in-
scriptione ep.
59.1.13.
rede arbitra-
tur. necno enim
successit.
ep.7.1.6.ad Att.

fortasse enim,
si turbulēta au-
diero, sublīta

omnia meliores habebunt exitus. recordor enim
desperationes eorum, qui senes erant adolescen-
te me. eos ego fortasse nunc imitor, & utor aeta-
tis iūtio. uelim, ita sit: sed tamen, togam pre-
textam texi Oppio, puto te audisse. nam Curtius
noster dibaphum cogitat: sed eum infector mora-
tur. Haec adspersi, ut scires, me tamen in stoma-
cho solere ridere. De Dolabella, quod scripsi, sua-
deo uideas, tāquam si res tua agatur. Extremū il-
lud erit: nos nihil turbulenter, nihil temere facie-
mus. te tamen oramus, quibuscumque erimus in
tērris, ut nos, librosq. nostros ita tueare, ut ami-
citia nostra, & tua fides postulabit. Vale.

A R G. Respondet ad omnes partes epistolae Caninij: de
inde altera epistola roganti ut le Bibulo cōmender, caussas
assert, quare id facere non debeat, se tamen illi morem ges-
sisse confirmat.

Cicero imp. s. D. Caninio
Sallustio procos.

17

LITTERAS a te mihi statior tuus reddidit
Tarsi ad xvi. Kal. Sext. his ego ordine, ut uide-
ris uelle, respondebo. De successore meo nihil au-
diui: nec quemquam fore ābitror. quin ad diem
decedam, nulla caussa est, praesertim sublato me
tu Parthico. commoraturum me nusquam sane
arbitror: Rhōdum, Ciceronum caussa puerorum,
accessurum puto: neq. id tamen certum est. ad
urbem uelim qnamprimum uenire: sed tamen
iter meum reip. et rerum urbanarum ratio guber-
nabit. Successor tuus non potest ita maturare ullo
modo,

modo, ut tu me in Asia possis conuenire. De rationibus referendis, non erat incommodum te nullā referre: quam tibi scribis a Bibulo fieri potestatem: sed id uix mihi uideris per legem Iuliam, fa-
cere posse: quam Bibulus certa quadā ratione non seruat; tibi magnopere seruandam censeo. Quod scribis, Apamea praesidium deduci non oportuif-
se: uidebam idem ceteros existimare: molesteq.
ferebam, de ea re minus commodos sermones ma-
tenolorum fuisse. Parthi transierint, nec ne, praet-
er te, uideo dubitare neminem: itaque omnia
praesidia, quae magna, & firma parauerā, com-
motus hominum non dubio sermone, dimisi. Ra-
tiones mei quaestoris nec uerū fuit me tibi mitte-
re, nec tum erant confedetae. eas nos Apameae de-
ponere cogitabamus. De praeda mēa, praeter
quaestores urbanos, id est populum R. teruncū
nec attigit, nec tacturus est quisquam. Laodiceae
me praedes accepturum arbitror omnis pecuniae
publicae; ut & mihi, & populo cautum sit si-
ne uecturae periculo. Quod scribis ad me de dra-
chmis^{ccccccc}: nihil est, quod in isto
genere cuiquam possim commodare: omnis enim
pecunia ita tractatur, ut praeda a praefectis, quae
autem mihi attributa est, a quaestore curetur.
Quod quaeris, quid existimem de legionibus,
quae decretae sunt in Syriam: antea dubita-
bam, uenturae ne essent; nunc mihi non est du-
biū, quin, si antea auditum erit, otium esse in-
Syria,

propter inimi-
cias cum Cae-
sare.

Euphratēm, im-
perij Romani
territorij, sed
loquitur de tri-
situ disceden-
tium.

uide ep. 20 l.5.
uniuersa, ab ip-
so in bello fa-
cta, nō quae ad
ipsum propriè
pertinebat.

i. centum milli-
bus. drachma
respondet fere
denario Roma-
no; denarius zu-
tē quattuor co-
tinet leſterios.

Sallustij. Bibu-
lo. n. ciuili bel-
lo exorto, suc-
cessit nemo.

quo plus huma-
nitatis ostēdat,
primum expo-
stulat, deinde
morem illi a se
gestum subiun-
git.

Parthorum ad-
uentu ep. 10.

uide ep. 9. l. 13.

quia prouin-
ciae praefit, nō
quia praeturā
gerat. sic Asc.
de Scaeula.
nedū litteras.

ut eum adiuua-
ret. augur enim
erat Cicero.
duos Bibuli fi-
lios occiderant
equites Alexan-
drini. ideo di-
cit, Misericor-
dia conimotus.
Val. Max. lib. 4.
c. 4. Caesar l. 3.
de bel. ci.

Syria, uenturae non sint. Marium quidem succēs-
sorem tarde uideo esse uenturum; propterea quod
senatus ita decreuit, ut cum legionibus iret. Vni
epistolae respondi: uenio ad alteram. Petis a me,
ut Bibulo te quam diligenter commendem. in
quo mihi uoluntas non deest; sed locus uidetur es-
se tecum expōstulandi. solus enim tu ex omnibus,
qui cum Bibulo sunt, certiore me numquam fe-
cisti, quam ualde Bibuli uoluntas a me sine caus-
sa abhorreret. permulti enim ad me detulerunt;
cum magnus Antiochiae mētus esset, & magna
spes in me, atque in exercitu meo, solitum dicere,
quiduis se perpeti malle, quam uideri eguisse au-
xilio meo. quod ego officio quaestorio te addu-
ctum reticere de praetore tuo non moleste fere-
bam: quamquam, quemadmodum tractarere, au-
diebam. ille autem, cum ad Thermum de Parthi-
co bello scriberet, ad me littéram numquā misit,
ad quem intelligebat eius belli periculum perti-
nere. tantum de augūratu filij sui scripsit ad me.
in quo ego misericordia commotus, et quo semper
amicissimus Bibulo fui, dedi operā, ut ei quam hu-
manissime scriberē. ille, si omnibus est maleuolus,
quod numquam existimau: minus offendor in me.
sin a me est alienior: nihil tibi litterae meae prode-
runt. Nam, ad senatum quas Bibulus litteras mi-
sit, in ijs, quod mihi cum illo erat commune, sibi so-
li attribuit. se ait curasse, ut cum quaestu populi
pecunia permutaretur. quod autem meum erat
pro-

proprium, ut alārijs transpadanis uti negarem; id etiam populo se remisisse scribit. quod uero illius erat solius, id mecum cōmunicat. equitibus auxiliarijs, inquit, cum amplius frumēti postularemus. Illud uero pusilli animi, et ipsa malevolentia ieiuni, at que inanis, quod Ariōbarzanē, quē senatus per me regem appellauit, mihiq. cōmendauit, iste in litteris non regem, sed regis Ariobarzanis filium appellat. hoc animo qui sunt, deteriores sunt rogati: sed tibi morem gessi: litteras ad eum scripsi: quas cum acceperis, facies quod uoles. Vale.

A R G. Suader, ut decedens p̄aeponat prouinciae quae-
storem, potius, quam legatos. quod ipse quoque postea fa-
cit. uide ep. 15.

M. Cicero imp. s. d. Q. Thermo
propraet.

Ioniā regebat.
ep. 13.1.5.ad
Att.

18 Att.

OFFICIVM mēum erga Rhadonem, cete-
raq. mea studia, quae tibi, ac tuis praestiti, tibi,
homini gratissimo, grata esse, uehementer gaudeo:
mihiq. scito in dies maiori curae esse dignitatē
tuam: quae quidem a te ipso integritate, & cle-
mentia tua sic amplificata est, ut nihil addi posse in prouincia.
uideatur. sed mihi, magis, magisq. quotidie de ra-
tionibus tuis cogitanti, placet illud meum consi-
lium, quod initio Aristoni nostro, ut ad me uenit,
ostendi; graues te suscepturnum inimicitias, si ado-
lescens potens, & nobilis a te ignominia affectus
esset. & hercle sine dubio erit ignominia. habes e-
mī neminem honoris gradu superiorem. ille au-

F tem,



tem, ut omittam nobilitatem, hoc ipso uincit uiros optimos, omnesq. innocentissimos legatos tuos, quod et quaestor est, & quaestor tuus. nocere tibi iratum neminem posse perspicio: sed tamen tres fratres, summo loco natos, promptos, non indisertos, te nolo habere iratos, praesertim iure:

quorum potestas multis calamitatem intulit.

quos uideo deinceps tribunos pl. per triennium fore. tempora autem reip. qualia futura sint, quis scit? mihi quidem turbulentia uidentur fore. cur ego te uelim incidere in terrores tribunios? praesertim cum sine cuiusquam reprehensione legatis quaestorem possis anteferre: qui si dignum se maioribus suis praebuerit, ut spero, & opto; tua laus ex aliqua parte fuerit: sin quid offenderit; sibi totum, nihil tibi offenderit. Quae mihi ueniebant in mentem, quae ad te pertinere arbitrabar; quod in Ciliciam proficiscebar, existimauit me ad te oportere rescribere. tu quod egeris, id uelim dij approbent: sed, si me audies, uitabis inimicitias, & posteritatis otio consules. Vale.

A R G . Ostendit optatiorem sibi quaestorem obtinere neminem potuisse; & hortatur, ut maturet in proniciam uenire, ante quam ipse decedat.

M. Cicero imp. s. d. C. Coelio Caldo,

L. F. quaest.

hic est, quem prouinciae, cū decederet, prae posuit. ep. 15.

quaestores ibāt
in prouincias

C V M optatissimum nuncium accepisse, te mihi quaestorem obtigisse; eo iucundiores mihi eam sortem sperabam fore, quo diutius in prouinciam mecum fuisses. magni enim uidebatur interesse, ad eam necessitudinem, quam nobis sors tri- buisset,

buisset, consuetudinem quoque accedere. postea, aut forte, aut
 cum mihi nihil neque a te ipso, neque ab ullo alio S. C. aut lege.
 de aduentu tuo scriberetur; uerebar, ne id ita ca- uide Philipp. 2.
 deret, quod etiam nunc uereor, ne ante, quam
 tu in prouinciam uenisses, ego prouincia dece-
 derem. accepi autem a te missas litteras in Ciliciā, quae erat pars
 cum essem in castris, ad x. Kal. Quint. scriptas prouinciae suae.
 humanissime; quibus facile & officium, & in
 genium tuum perspici possit: sed neque unde, ne-
 que quo die datae essent, aut quo tempore te exspe-
 ctarem, significabant; nec is, qui attulerat, a te
 acceperat: ut ex eo scirem, quo ex loco, aut quo
 tempore essent datae. quae cum essent incerta;
 existimauit tamen esse faciendum, ut ad te statu-
 res meos, & lictorēs cum litteris mitterem: dictos ait Fest.
 quas si satis opportuno tempore accepisti, gra-
 tissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quam-
 primum ueneris. Nam, quod ad me Curius, conso-
 brinus tuus, mihi, ut scis, maxime necessarius,
 quod item C. Virgiliūs, propinquus tuus, familia
 rissimus noster, de te accuratissime scripsit; ualeat id
 quidē apud me multum, sicuti debet hominū ami-
 cissimorū diligens commendatio; sed tuae litterae,
 de tua praesertim dignitate, & de nostra coniun-
 ctione, maximi sunt apud me ponderis. mihi quae-
 stor optatio obtingere nemo potuit. quamobrem
 quaecūmque a me ornamenta in te proficisentur; quaecumque, i.
 ut omnes intelligāt, a me habitā esse rationē tuae,
 maiorumq. tuorum dignitatis. sed id iam facilius
 F 2 con- Virg. l. 3. Aen.

quod fasces vir-
 garum ligatos
 ferunt, quibus,
 iussu magistra-
 tum, plagas
 delinquentibus
 inferunt,
 de quo Hirtius
 in lib. de bello
 Afric.

quaecumque, i.
 omnia, ut ad
 Att. ep 21.
 l. 3. & ad eun-
 dem lib. 12. &
 Virg. l. 3. Aen.



consequar, si ad me in Ciliciam ueneris. quod ego
& mea, & reip. & maxime tua interesse arbitrор. Vale,

CICERONIS EPISTOLARVM,

AD APPIVM, LIBER III.

ARGUMENTVM.

Totus est hic liber ad Appium P. Clodii fratrem, cum quo post inimicitias in gratiam redierat. in hac autem epistola scribit de duobus Appii libertis, Phania, & Cilice. interserit quaedam de sua benevolentia. in extremo commendat Valerium iurisconsultum cum ioco familiari.

M. Cicero s. d. Appio Pulchro imp.

Appio gratifi-
catur in liberti-
lante, & simul
excusat breui-
tatem litterarū
suatum.

possunt lenim i
alienas manus
littere perue-
nire.

ut aliquid ego
quoque tibi si-
gnificem.

I IPSA resp. tibi narrare posset, quo
modo se habet; non facilius ex ea co-
gnoscere posses, quā ex liberto tuo Pha-
nia: ita est homo non modo prudens, uerum etiam,
quod uidi, curiosus. quapropter ille tibi omnia
explanabit. id enim mihi & ad breuitatem est
aptius, & ad reliquias res prouidentius. De mea
autem benevolentia erga te et si potes ex eodem
Phania cognoscere, tamen uidentur etiam ali-
quae meae partēs. Sic enim tibi persuade, ca-
rissimum te mihi esse cum propter multas suauita-
tes ingenij, officij, humanitatis tuae; tum quod
ex litteris tuis, & ex multorum sermonibus intel-
ligo, omnia, quae a me profecta sunt in te, tibi
accidisse gratissima. quod cum ita sit; perficiam
profecto,